Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Leges In Communi Academiae Rostochiensis Mensa Servandae ... Publ. Iussu Magn. Rect. & Concil Acad. Anno M.DC.XL. die XIX. Aprilis

Rostochii: Keilenbergius, 1677

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791007669

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Leges etc
Academiae Roſtochienſis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791007669/phys_0001
DFG

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. RIA4

RIA4

K.l.— 47. 1-69.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791007669/phys_0002
DFG

5

Biblioth. Academiae Rostochiensis

LEGES

IN COMMUNI ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS MENSA SERVANDÆ.

I.

NEmo recipiatur ad menſam, niſi teſtimonium Vitæ anteactæ ac Inſcriptionis in Matriculam Academiæ adferat, & *verè ſe hoc beneficio, vigore Juramenti Academiæ præſtiti egere demonſtret.* Volumus inſuper & ſeverè mandamus, ut omnes, qvi beneficio hujus menſæ utuntur, domos Academiæ inhabitent, neq; alibi habitationes conducant, niſi ſuper hâc re per Magnificum Dn. Rectorem & Concilium Acad. propter juſtas cauſas cum ipſis fuerit diſpenſatum. Cujus tamen diſpenſationis Teſtimonium ſcriptum Dn. Inſpectoribus exhibebunt.

II. Cum verò etiam magni ſumptus ad alendos in hâc menſâ tenuioris fortunæ Studioſos, propter exiguam illam, qvã ipſi numerant, pecuniam reqvirantur, & pauciores in Rationibus comparere intelligamus, Inſpectoribꝰ injunctum eſt, ne qvem, cujuscunq; ſit Gentis aut Nationis, in menſam hanc recipiant, neve in ea retineant, qvi pecuniam pro ſingulis menſibus, qvando rationes ineuntur, non prænumeraverit. Qvod ſi contra hoc noſtrum Decretum Inſpectores debita à nonnullis coacervari permiſerint, ipſi ad eorum ſolutionem fiſco Academiæ tenebuntur.

III. Proinde ſeriò jubemus, ut ſinguli vocati Rationibus interſint, & prænumerent, niſi juſtam & ſufficientem abſentiæ ſuæ cauſam Inſpectoribus probaverint, ſub pœnâ remotionis à menſâ.

IV. Nulli Convictorum alium ſubſtituere conceſſum eſto, ſed poteſtas illa ſolis relinqvatur Inſpectoribus, & ab iis ſpeciatim impetretur. Nulla qvoq; Subſtitutio, niſi graviſſima Inſpectoribus probata cauſa ſit, tempus menſtruum excedat, qvo elapſo, ſubſtitutus fiat ordinarius.

V. Nemo Profeſſores & Inſpectores calumniis proſcindat, vel iis obmurmurando obedientiam detrectet. Similiter cum Oeconomo aut ejus Conjuge, aut Miniſtro menſæ nullus contentionem ſuſcipiat: Sed, ſi qvid minus convenienter aut rectè ſibi adminiſtrari putabit, id ad Inſpectores referat. Qvi ſecus feciſſe deprehenſus fuerit, eo ipſo facto menſâ hac indignus judicabitur, & inſuper pro arbitrio Reverendi Concilii punietur.

VI. Prohibemus etiam, ne intempeſtivis clamoribus & ſcurrilibus pulſationibus qvis Miniſtro vel Oeconomo ſit moleſtus, qvoad cibus apponi poſſit.

VII. Cum hoc ipſum, qvod ad ſubſidiũ hujus menſæ confertur, ideò potiſſimũ ab Illuſtriſſimis Principibus noſtris, & paucis qvibusdã aliis ſuppeditetur, ut ex hoc cœtu aliqvi emergant, qvi Eccleſiæ & Scholis utiles eſſe poſſint, æqvum eſt, ut hoc beneficio fruentes, cùm habitu externo ſe hoc beneficio dignos eſſe demonſtrent, tum diligentiùs aliis ſtudeant. Cumq; omnis in ſtudiis progreſſus in audiendis repetendisq; Lectionibꝰ, item Diſputationibus privatis & publicis, in ſtyli exercitio, & memoriæ cultura ſine controverſia conſiſtat, volumus, ut ſinguli *Lectiones publicas* audiant, & juſſi in publicis aut privatis Diſputationibus reſpondere, aut Orationes habere non recuſent; ſi qvis verò hoc facere detrectaverit, hâc ipſâ tergiverſatione menſâ hâc indignus judicabitur.

VIII. Deferuntur ſæpè ad nos qverelæ, de qvorundam immodeſtiâ, qvi non tantum ſe hic ſaturant, verum etiam clanculum panem auferunt, ac domi aut pueros aut canes alunt, vel certè cruſtam reſecant, cibos, qvos delicatuli faſtidiunt, in minutiſſimas partes neqviter comminuunt, ut neq; Oeconomo, neq; ipſius familiæ, neq; pauperibus etiam uſui eſſe poſſint. Qvod cum per ſe impium ſit, & in ea non parva fiat injuria Academiæ & Oeconomo, eas inibimus rationes, ut in transgreſſores, qvos nullo negotio inqviremus, ſeverè animadvertatur.

IX. Prohibemus etiam, ne qvis orbes, menſam, mappas, pocula cultris ſcindat aut depravet: violans ſtatuta graviter punietur, & inſuper damnum illatum compenſabit. Authores qvin etiam ſeditionum & conjurationum ſine ullâ exceptione à menſâ removebuntur, & in ſuper à Magnifico Rectore & Reverendo Concilio pro delicti qvalitate punientur.

X. Nolumus etiam juſtis & gravibus de cauſis, ut *Convivæ invitentur* vel adducantur ad menſam â qvodã, niſi id fiat *Inſpectorũ permiſſu*, tumq; id indicabitur Oeconomo, cui, qvi hoſpitẽ adduxerit, pro ſingulis vicibꝰ numerabit *duos ſolidos* Lubecenſes.

XI. Qvando verò Inſpectorũ permiſſu Hoſpes adducitur, non tamen alio, niſi in Communi menſâ uſitato potu uti liceat, neque etiam ultra horam prandium aut cœna protrahatur, ſub pœna arbitrariâ.

XII. Qvoniam pecuniolam pro acceſſu exigi permiſſum hactenꝰ propriâ authoritate Convictores auxerunt, omnino etiam iſtam abrogamus, nec volumus, ab ullo deinceps qvicqvam acceſſus cauſâ exigi. Alias qvoq; iniqvas exactiones, contra Leges introductas proprioq; auſu â Convictoribus confictas, nec ſine Studioſorum pauperum inſigni jacturâ hactenus clanculum uſurpatas *pro levioribus delictis in menſa comiſſis*, tum & enormes ac ſcurriles vexationes planè volumus interdictas. Qvod ſi verò extra menſam id fieri ab aliqvibus deprehenderint Inſpectores, unde graventur alii, unde occaſio ſit compotationum, *illos, qvi exegerunt, & qvi numeraverunt, ut ſtatim â menſa diſcedere jubeant, mandamus.*

XIII. Ne autem hoc ipſum Mandatum noſtrum executione careat, ubi fortè talia Inſpectoribus non innotuerint, & gravati metu fortè id revelare non audeant, Magnificus pro tempore Rector, ubicunq; libuerit, unum vel alterum ex qvâlibet menſâ ad ſe vocabit, qvi ſub *Juramento Academiæ præſtito*, an in unâ aut alterâ menſâ contra hæc noſtra ſtatuta aliqvid commiſſum ſit, indicare tenebitur.

XIV. Qvemadmodum nemo ad hanc menſam recipitur, niſi Dn. Inſpectores priùs compellaverit, ita etiam nemo ab ea diſcedet, niſi iisdem valedixerit.

XV. Poſtremò nemo ad alium qvempiam, cujuscunq; etiã ſit generis vel ordinis, deferat qverelas, primâ præſertim vice, niſi ad ſolos Inſpectores, & deinde, ſi neceſſe fuerit, ad Magnificum pro tempore Academiæ Rectorem & Promotorem, qvi ſecus faxit, ab hâc menſâ removebitur.

XVI. Qvod ſi verò qvi admoniti hiſce Legibꝰ tamen præfractè ſeſe oppoſuerint, neq; iis parere voluerint, præter pœnas Legibꝰ ſingulis adjectas, vel Carcere, vel Relegatione, vel ignominioſâ Excluſione pro delicti qualitate illos puniemus.

Publ. Juſſu Magn. Rect. & Concil. Acad. ANNO M. DC. XL. die XIX. Aprilis.

ROSTOCHII, Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Univerſit. Typogr. ANNO M. DC. LXXVII.

Mich. David. Rhodium Mecklenb.
~~[illegible]~~ d. 22. April. ao 1696 [illegible] mensæ communis [illegible] numero alumnorum mensæ communis adscriptum esse [illegible] attestor.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791007669/phys_0006
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791007669/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791007669/phys_0008
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791007669/phys_0009
DFG

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerſoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenſalis communis inſuper unius menſis carentia, luent. Quod ſi poſt hanc correctionem incorrigibiles ſe prodant, conſilio abeundi, [illegible]t, neceſsitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obn[illegible] qui nouitios vel directo cogunt, vel per ambages a[illegible]elliciunt ad conuiuium veteranis parandum, quo adue[illegible]odo pecunia emunguntur, ſed prauis quoque ſodalitii[illegible]r. Reliqui vero hoſpites, qui ſumtu nouitii epulati ſ[illegible] dierum carcere coercebuntur, iis, qui menſa commu[illegible], per octo dies inſuper ab iſto beneficio excludendis, [illegible]enarum conuiuia, quo inebriationes & exinde oriund[illegible]ones & rixae tanto efficacius impediantur, abhinc pl[illegible]ta ſunto.

VI. Poenae legum tr[illegible]bus iudicialiter decretae a Rectore & Concilio nec mi[illegible]c mutandae, nec omnino remittendae, ſed ad tenor[illegible]ae, ſine vlla deprecatione executioni mandandae eru[illegible]

VII. Nocturnos ſtrep[illegible]s, tumultus & alia, quibus incolarum vel perſonae [illegible]untur, facinora, immo & clamores inconditos vel [illegible]ti iam ſeuerae leges inhibuerunt: ita earum violat[illegible]rubitoribus, quibus cura ſecuritatis nocturnae & tran[illegible]emandata eſt, deprehenſi cuſtodiae militari tradentur [illegible] manebunt, vsque dum Rector Academiae vel de e[illegible]ſsione, vel in carcerem

acade-

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791007669/phys_0010 DFG